Breviarium.

illumina... cum mo ... ta sunt omnia opera [uiscera] eius sup... fratre

... o. Felix Quod tunc quidem carnaliter factum est. sed et cotidie completur in conversatione credentium. ut expulso primum demone fidei lumen aspiciant. deinde ad laudes dei tacentia prius ora laxentur. Quidam autem ex eis dixerunt. In beelzebub principe demoniorum eicit demonia. Non hoc aliqui de turba. sed pharisei calumpniabantur et scribe. sicut alii euangeliste testantur.

Dixit ruben fratribus suis. numquid non dixi uobis nolite peccare in puerum et non audistis me. en sanguis eius exquiritur. V. Merito hec patimur quia peccauimus in fratrem nostrum uidentes angustiam anime eius dum deprecaretur nos et non audiuimus. En sanguis eius.

Turbis quippe que minus erudite uidebantur. christi semper facta mirantibus illi contra uel negare hec. uel que negare nequiuerant. sinistra interpretatione peruertere laborabant. quasi hec non diuinitatis sed inmundi spiritus opera fuissent.

Conception Abbey
CA 9 verso

xij - xiij.

(9)

demo[nia] ... profecto uenit in nos regnum dei. ORAT.

Q[uae]s[umus] omnip[oten]s d[eu]s uota humilium respice. atq[ue] ad defensionem nostram dexteram tue maiestatis extende. R. ad. i. a. Dum fortis armatus custodit atrium suum inpace sunt omnia que possidet. Qui non colligit mecum dispergit et qui non est mecum contra me est. AD. III. c. Fornicatio et omnis inmundicia. aut auaricia. nec nominet[ur] in uobis. sic[ut] decet s[an]c[t]os. R. Bonum mihi domine quod humiliasti me bonum mihi lex oris tui super milia auri et argenti. V. Manus tue domine fecerunt me et plasmauerunt me da mihi intellectum ut discam man data tua. Bonum. V. Dicet domino. VI. a. Cum inmundus spiritus exierit abhomine ambulat per loca inaquosa querens requiem et non inueniet. CAP. Bonas facite uias u[est]ras et studia u[est]ra. et habitatio uobiscum inloco isto. ait d[omi]n[u]s omnip[oten]s. R. Seruus tuus ego sum da mihi intellectum domine. V. Ut discam mandata tua. Da m. AD. VI. A. IIII. Beatus uenter qui te portauit. ... et beata

Conception Abbey
CA 9 recto